



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quale corpus dedit Christus discipulis in cœna. H

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



*Paschasius  
in princip.  
c. 16. de cor-  
pore Christi  
lib. de cō. di.  
2. cap. ubi  
pars est.  
Glos. ord.  
1. Cor. 11.*

utraque sumitur Christi. Sed si in altera tantum sumitur, ad alterius tantum, id est, animæ vel corporis, non utriusque pariter, tuitione valere significaretur. Sub utraque specie tamen totus sumitur Christus, nec plus sub utraque, nec minus sub altera tantum sumitur. Eadem enim ratio est, ut ait Hil. in corpore Christi, quæ in mâna præcessit. De qua dicitur. Qui plus collegerat, non habuit amplius: nec qui minus parauit, habuit minus. Et licet sub utraque specie sumatur totus Christus, tamen non fit conuersio panis nisi in carnem, nec vini nisi in sanguinem. Nec debent dici duo sacramenta, sed unum: quia sub utraque specie idem sumitur. Neque dabet iterari sacramentum, quia benedictio non repetitur super speciem eandem. Neque aliæ substantiæ in sacrificium veritatis offerri debent: quia de aliis non potest consecrari corpus Christi vel sanguis.

*Quare aqua admisceatur.*

*Decon. di. 2.  
c. cū omne  
Apo. 17 d  
Ca. 1, concilij  
Bracharē  
vertij.*

Aqua vero admiscenda est vino, quia aqua populum signat, qui per Christi passionem redemptus est. Calix ergo dominicus iuxta canonum præceptum, aqua & vino mixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino ostendi sanguinem Christi. Cum ergo in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit copulatur: quæ copulatio aquæ & vini sic miscetur in calice Christi, ut mixtio illa non possit separari. Nam si vinum quis tantum offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis.

*Iulius Papa.*

*Dēcon. di. 2.  
c. non debes  
id habetur,  
eodem c. 1.  
concilij  
Bracharen.  
3. paulo in-  
ferius.  
Cyp. epist. 3.*

Si vero queritur. An irritum sit, quod geritur, si aqua prætermittatur? Audi quod sequitur in eodem canone. Non potest, inquit, calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque misceatur. Item Cypr. Calix Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi utrumque misceatur: sicut nec corpus Domini potest esse farina sola, nec aqua sola, nisi utrum-



vtrumq; fuerit adunatū, & panis vnius compage  
 solidatū. Si quis tamē non intendēs introducere  
 haresim, obliuione vel ignorantia aq̄ prætēmissē  
 rit, nō videtur esse irritum sacramentum: sed ille  
 grauitē est corripiedus. Nam & Græcorum Eccle-  
 sia apponere aquam dicitur. Quod etiam ex dictis  
 Cypriani videtur posse colligi, ait n. Si quis de an-  
 tecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter  
 non hoc seruauerit, quod nos Dñs facere & exem-  
 plo & magisterio docuit, potest simplicitati eius  
 indulgentia Domini venia cōcedi. Nobis vero nō  
 pōt gnosci, qui nunc à Domino instructi sumus,  
 vt calicem Domini cum vino mixtum, secundum  
 quod Dominus obtulit, offeram⁹. Ex hoc videtur,  
 q̄ si quis simpliciter vel ignorantur vinum offerat  
 sine aqua, sacramentum conficiat. Aqua vero nule-  
 latenus sine vino pōt offerri in sacrificio, nec panis  
 nisi de frumento, nec granum frumenti, nisi reda-  
 ctum fuerit in panē: quia Christus & panem se di-  
 cit, & grano frumenti se cōparat. Quod ergo supra  
 dictum est, non posse vinū solum offerri, determi-  
 nari oportet: recipit n. exceptionem. Non pōt, nisi  
 simpliciter vel ignoranter fiat: vel, non potest, id  
 est, non debet. Quibusdam tamen videtur hoc ge-  
 neraliter verum. Colligitur etiam ex prædictis,  
 quod Christus vinum aqua mixtū dedit discipu-  
 lis. Corpus vero tale dedit, quale tunc habuit, i.  
 mortale & passibile. Nunc vero sumitur à nobis  
 immortale & impassibile: nec tamen maiorem  
 habet efficientiam. Eucharistia quoque intincta  
 non debet dari populo pro supplemento com-  
 munionis: quia non legitur Christus alicui disci-  
 pulorum præbuisse panem intinctum nisi Iudæ.  
 Tunc vero non accepit Iudas corpus Christi, sed  
 tantum panem: corpus vero & sanguinem  
 Christi ante cum alijs discipulis  
 perceperat.

Cecilio. li. 2.

post mediū.

Gloss. ord.

I. Cor. II.

Accipite

manducate.

Cyp. eadem

epist. 3. lib. 2.

ad finem.

Ioan. 6. d

Ioan. 12. d

Gloss. ord.

I. Cor. II. ha-

betur de cō-

di. 2. c. cura

omne, in

com. Bra-

chari 3.

cap. 1. ante

mediū.